

glandibus vesci malint. Iuuentutis litterarum studiosae maxime interest, praestantissimos in omni disciplinarum genere auctores, ad imbibenda prima cuiusque artis elementa, in manibus habere, hisque magistris initiari, ac sensim sensimque ad altiora praeparari, vt, si ingenii alacritas, iudicii maturitas, et diligentiae assiduitas accesserint, e mystis aliquando epoptae efficiantur, et in ipsa doctrinarum adyta intimosque recessus immittantur. Qui
 vero

que meas iis, quibus a nostro
 »Indulgentissimo Principe salus
 »academiarum concredita est, et
 »iam atque etiam commendare
 »velitis. Quibus precibus si Vos,
 »vt Vestra in me beniuolentia me
 »certissime sperare iubet, locum
 »benigne concesseritis, fatis feli-
 »cem me beatumque praedicabo.«

Cumulate vero tunc Collegium Iurisconsultorum illis precibus locum concessit. Iam, quoniam his litteris ad locum quemdam Camerarii respexi, etiam hunc addere haud grauabor. Scilicet summus ille vir *Epistolarum*, quarum post ipsius obitum filii ediderunt volumina duo *Frankof.* 1583. et 1595. 8. *Lib. VI. Vol. I.*

p. 461. ad Hieron. Wolfium ita scribit: *Ego iam dudum et nostra studia contemni, et parui fieri operas, et negligi doctrinam, aequissimo animo fero. Nihilominus tamen minus diligenter in his colendis versor, quamuis paullo post paene interitum his impendere vaticinetur noster Cyprianus quoque. Atque eos, qui non cupiant me audire, plus damni facere existimo, quam me, cuius scholas non frequentent. De his igitur nos consolemur, ne nos afflictemus, neu animum despondeamus, secundum Plautum. Conf. Ernesti Orat. de conuersionibus eloquentiae, Opusc. Orat. p. 63. seq.*